

Indicem quod uolo cunctarum abundan
tiam rerum flores arborum atque herbe
segetum pollicentur; Has autem lucustas
que primo uere uolitabunt. Bruchus in
numerabilis sequebatur. qui ueniebat
post imbrem serotinum & appellabatur
tonsor uel tonsura regis. Eo quod uniuer
sa uastauerit & nihil penitus reliquerit
herbe uirentis in terra; Hunc tonsorē
siue tonsura. Isaias acutam nouaculā
uocat. Que pilos omnes & capillos israhe
litici corporis raserit; Cumque ait du
bitarem que esset ista nouacula. statī
intulit regem assyriorum; Nouacu
la igitur & tonsor regis exercitus chal
daeorum est. qui in modum bruchi uni
uersa populatus est. & non solum fruges.
sed ligna foenum stipulamque consump
sit; factum est autem cū consummasset bru
chus qui uenerat post lucustam comedere
herbam terrae. & propheta intelleget &
quod uidebat ad preces uertitur & ait;
Dn̄e ds̄ propitius esto obsecro; Nolo in sub
uersionē populi me ineauerba conpleri.
Nolo me adhuc electum de pastorū nume
ro ut ruinam decem tribuum nuntiem;
Quis enim suscitare poterit iacob. Nisi
tu solus; quo allidente nullus est qui susci
tet; Paruulus est iacob. & crebra hostiū
incursione delet us; Cumq: ille preca
retur. & interiores hominis lacrimas

funderet. Misertus est dn̄s super hoc & re
spondit; Non per dam omne genus israel.
reliquie salue erunt; Aut certe sic ac
cipiendum; duo pariter futura conspexit.
Primum lucusta. deinde bruchum.
Pro utroq: dn̄m deprecatus est. & uno tantū
exauditur ut bruchus usq: ad interni
tionem cuncta non uastent. Lucusta au
tem uolitans quedam deuorat. quae
dam integra dere linquit. Uidentur
mihi septuaginta interpretes uerbū
hebraicū. gozi. Quod interpretatur
tonsor siue tonsura intellexisse;
izai. littera. uau. arbitrantes. &
bruchi innumerabilem multitudinē.
gog. gentis seuissime conparasse. que
terram iudeam uastaturam adscri
bitur; quid autem uoluerit aquila
dicere. Ecce serotinus post gaza regem.
Cum gaza uerbo hebraico aza appel
latur. Non satis intelle go nisi forte
ipsum sermonem gozi posuit. & pau
latim in gazam errore corruptus est;
Dicamus & spiritaliter; qui post ope
ra iustitie. De quibus in propheta adi
citur. seminate uobis in iustitia. &
innouate uobis noualia. & ne semi
netis super spinas. grauia peccata
conmiserint. Inducitur super eos
faetus uel generatio lucustarum.
ueniens matutina quando tran

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0189